

QK.320.

de Gente Schrenckendorffionum.

v. Schrenckendorff D. D. E. A.

ut.

ORATIONEM.

DE.

NOBILITATE. GENTIS.

QVAM.

ET. GENTIS. ET. MENTIS. NOBILITATE.

FLORENTISS. JUVENIS.

X 211931

CHRISTIANUS.

Gottlieb Reichbrod,

A. Schrenckendorff. IN. Pesterwic.

AD. ILLUSTRE. COLLEGIUM.

QVOD. TUBINGÆ. CELEBRATUR.

CONCESSURUS.

CRAS.

FINITIS. SACR. ANTEMERID.

HABEBIT.

EIQV. GRATIAS.

BENEFATORIBUS. SUIS. QVAS. DEBET:

ADJICIEt.

PATRONI. PROMOTORES. FAUTORES.

BENEVOLE. AUSCULTARE.

NE. GRAVENTUR.

BA.

QVA. PAR. EST.

OBSERVANTIA.


OMNES. SINGULOS. EORUM.

INVITATUM. IT.

GYMNASII. FREIBERG.

RECTOR.

EXCUDENTE. BEUTHERO.



B. C. D.
BENEVOLO LECTORI
SALUTEM, ET STUDIA!



Os præter cœteros gloriosos, atq; illustres, omniscipi
honoris præconio dignissimos, qui, Deo tantum
freti, quæ inter homines summa habentur, sine
ullis clarissimæ Patriæ, aut nobilissimæ familiæ, aut
opum abundantia præsidiis, suâ sibi virtute pepe-

(a) In sen. rerunt; nemo cordatiorum unquam negavit. Nam Solon (a)
tentis apud sapientissimus rectissime dixit: Pulchrius multò parari; quam
Auson. creari nobilem.

(b) Apud Herod. l. 5. Cui succinit Macrinus, (b) dum ait: Generis initia clara po-
steris relinqvere præstat; quam accepta à majoribus fœdis mori-
bus contaminare. Nec minus suum adjicit calculum doctissi-

(c) Declam mus Fabius, (c) sortimur, inquietus, genus, non eligimus, nec ante
388. nos nostri arbitrii sumus. Et nescio, an majus sit facere genus.

(d) Apoph thegm. Unde notissimum ex Plutarcho (d) est illud Iphicratis (σκυλογί-

(e) vid. ta- us s. cerdonis filius (e) qui putabatur; sed rerum gestarum ce-
men Bos. ad lebritate se insigniter commendaverat) dicterium in Harmo-
Iphic. Corn dium, unum de prisci illius Harmonii posteris, ignobilitatem
Nep. c. i. S. i generis sibi exprobrantem: τὸ μὲν σὺν ἀπ' ἐμῷ γένει ὁ ἀεχεῖς, τὸ

δὲ σὸν ἐν σοὶ ωαύσῃ i. e. meum genus à me incipit, tamen u. in te
desinit. Qvanquam a. hæc ita habeant se, maximeq; laudi, o-

mnibus æquis rerum æstimatoribus judicibus, primūm famili-
arum nobiliorum numero suam inserenti ducatur; tamen Vi-

rum, cum in vivis esset, Nobiliss. atq; Præstrenuum, Dn. CHRI-
STIANUM Reichbrod/à Schreckendorff/in Klingenberg/ & Pec-

sterwih/JOHANNI GEORGIO I. beatiss. mem. Patri qvondam

Patriæ clementissimo, à Consiliis, & Secretis intimis, per complures
annos ad ultimum usq; halitum fidelissimum, & uncrerū poten-

tis Ensiferi Electoris Sereniss. JOHANNIS GEORGII II. Domini
nostrri indulgentissimi, pariter Consiliarium metallicum, & Dip-

poldis Valdensis, Tarantinæ, atq; Altenbergensis prefecturarum
Electoralium Capitanem solertissimum, Virum meritiss., & inge-

nii dotibus rarioribus ad invidiam notum, ex ignobili genere,
cui tantum splendoris ipse primus addiderit, natum non esse, no-
vimus. Qvippe familia Reichbrodiorum à Schrenckendorff ad
bis centum annos jamjam nobilitate floruit, & insignibus, istum-
prosapiæ splendorem sat clare indicantibus, fuit instructa. Si-
cut n. documenta omni exceptione majora adsunt, hæc stirps sce-
ptræ imperii moderante MAXIMILIANO I. glorioſiff mem. in
bello Burgundico, ubi virtutū suarum egregia ediderat specimi-
na, nobilioribus fuit adscripta, largitis ipsi maximè celeribus
armis gentiliis. Siqvidem Clypeus quatuor intersectionibus di-
stinctus alternatim accipitrem nigrum sub formâ aquilæ (ut
habent verba diplomatis Imperatorii) in campo flavo, & quinq;
subruffos panes in campo rubro exhibet; galeæ v. perforatæ su-
perimposita corona aurea, eminente accipitre, ungve com-
prehendente dextero tres spicas, quibus subjecti tres panes.
In Silesiâ a nobilissima hæc cœpit, & floruit familia, quam decre-
mentum, quod cum Lunâ celeberrimæ familie habent com-
mune, passam quadantenniis, supra memoratus CHRISTIANUS
beatissimè defuncti S.R.I. Prefecti Prætorio JOHANNIS GE-
ORGII I. delicium, cum certatim de nobilitate majorum
suum sibi arrogandâ, qvippe splendorem istorum æquare,
posteriorisq; suis relinqueret posset, moneretur, renovare, priori-
bus tamen insignibus planè iisdem servatis, constituit, memor,
quod Halicarnassæus (f) ait: τὸς ἐιληφότας ναλὰς τὰς τερπάς ὅν (f) l. i. An-
τὸς γένες αὐθεντὰς, μέγα ἐφ' σωτῆρις τερπάς τερπάς Φερενν. i. e. decet eos, ^{tq. Rom.}
qui præclara generis primordia cœperunt, magnificè de se sentire.
Quod eò fecit Lubentius, cum filiis bonæ indolis se divinitiis
donatum esse deprehenderet, quibus ut stimulum ad quatuor
libet virtutum exercitium, & eruditionem nobili loco natis di-
gnam sibi comparandam, adderet, splendorem familiæ pristi-
num suæ luci restituere, non inconveniens duxit. Sed ex hoc
Viro laudatissimo præter eum, quem Deus in tenerâ ad se voca-
vit ætate, duo hodienum, in spem familiæ hujus ornandæ feli-
citer per Dei gratiam succrescentes, supersunt filii. Horum na-

*sugrandior Dn. CHRISTIANUS SIGISMUNDUS Reichbrod.
de Schrenckendorff/in Klingenberg/Canonicus Martisburgensis,
à Patre honoratissimo dexteritate docendi clarissimis Prece-
ptoribus à teneris ungivculis concreditus, & ab ipso etiamnum
vivo in aliam Noricorum Academiam, tanquam ad mercatu-
ram bonarum artium, alegatus, ibi per triennium, & quod
exurrebat, Politorum, & Ictorum præceptis tinetus probè,
in peregrinas ante annum concessit oras, & jam in Gallia ver-
satur, ut variarum nationum, populorumq; moribus, & insti-
tutis coram cognitis, quod sibi, patriæq; suæ ex usu esse possit,
perspiciat exactius. Natu a minor est CHRISTIANUS Gottlieb
Reichbrod/à Schrenckendorff/in Pesterwitz/Deo, & omnibus bo-
nis carissimum caput, de quo nunc paulò specialior mihi erit ser-
mo. Namq; cum puerulus esset, annis adhuc innocentibus,
& vix dimidiata tentantibus verba, plurimas statim naturæ
præclarissimæ dedit significationes, quæ & excellens acumen in-
genii, & indolem virtutis, omnia mox egregia exempla edi-
turæ, declarârunt, & quod animis generosis ea, quæ ab aliis
maximo addiscuntur labore, pleraq; sint insita, & ingenerata,
ipse fatis demonstravit. Sicut n. quibusdam terris sua est bo-
nitas naturalis, priusquam subigantur, feminaq; eis manden-
tur: ita & quibusdam mentibus bona, & præclara est indoles,
antequam virtutum, artiumq; præceptis excolantur. Hoc ergo
sentiens Pater p.m. non tantum cum Matre pientissimâ hunc
suum filium domesticis virtutum exemplis, & morum doctrinis
mature fingere, atq; instar mollis cera sollicitè formare cœpe-*

(g) In alc. runt, memores illius Platonis: (g) τάς εὐ Φύλας εὰν καὶ εὐ τοι-
φῶσιν, γέτω τελείας γίγνεσθαι τοὺς αρετὴν, i.e. bene natos, si etiam
bene edacentur, ita perfectos fieri ad virtutem; sed & ut in spem
patriæ, familiaeque latius succresceret, Præceptoribus probatâ
eruditione, ac orthodoxæ religionis notitiâ, nec non morum
castimiâ celebris, illum literis, & moribus rectis imbuen-
(h) lib. 2. de (h) facile est teneros adhuc animos componere, & difficulter recidun-
nit, 18. tur

survitia, qvæ nobisum crederunt; aut, ut non inscitè Marcellus
Palingenius (i) cecinit,

Illa diu durant, animisq; tenaciter harent,

Quacunq; à primis nascentes bausimus annis;

i) in Capri-
corno v.
460.

Ideò, ne quid labis à teneris hic suis filius traheret, & vi-
tii, caverunt sedulò Parentes. Sed & cùm juxta illud Demosthe-
nis, ὅλως ἀπαστολή Φύσις βελτίων γίγνεται, τοιδεῖας προσλαβόσαι τὴν
προσήκυστα, i.e. omnis omnino natura, convenientem cùm adeptā
fuerit institutionem, in meliorem mutatur; inde noster REICH-
BRODIUS, sub istis suis Doctoribus ingenuarum literarum, &
morum præcepta capiens, quotidiè ingenii, maxima qvæq; mi-
nantis, evidentiora dedit indicia, usq; Parens dulcissimus fa-
tis concessisset, quod anno hujus seculi sexagesimo ad finem pro-
perante, 27. nempe Decembr. evenit. Verum enim verò finem
vitæ sàpè laudatus CHRISTIANUS Reichbrod / à Schrenckens-
dorff imminere sibi, non obscuris deprehendens indiciis, domū
disposuit suæ, filiisq;, ne messis penes eos in herbâ, & flore suf-
focaretur, de Tutoribus, quorum fidem in se, suosq; habebat
perspectissimam, prospexit, anteqvàm vitæ temporalis clauderet
periodum. Virum a. magnificâ autoritate, consultissimâ pru-
dentia, rerumq; politicarum usu celeberrimum, Dn. CHRISTI-
ANUM BREHMIUM, Electoris-Ensiferi, Domini nostri clemen-
tissimi, Consiliarium dignissimum, & Reipubl. civice, qvæ Dresden
Consulem benè merentissimum, fidelissimâ sibi in vivis junctum
gratiâ, huic filio suo, è primo Conjugio natu minori, Tutorem,
rectius dixerim alterum Patrem, constituit. Nam ne benè cœ-
pta educatio damnuni sentiret ullum, potius incrementa quo-
tidie caperet egregia, Vir præconio nostro major providit sedu-
lò, cuius, tanquam è lumbis suis progressus esset, tenerima in
REICHBRODIO nostro, ad summa qvæq; educando, omnis
haec tenus stetit cura, persistura, sat scio, dum spiritus ejus reget
artus. Cùm ergò in adolescentia igneum, & ad quælibet bo-
na capienda aptissimum perspiceret ingenium, illud uberiori
cultu sollicitè excolendum curavit. Eo consilio antè hoc ferè



quadriennium Vir amplissimus hunc REICHBRODIUM hu-
Freibergam ablegatum me & informationi primum privatæ, pau-
lò post verò, cùm prius cœlibis res non ferrent, etiam domui,
mensæ, inspectioni gra concredidit, simùl tamen, ut Dn. M. Andreae
Beyeri, Con-Rectoris, & Dn. M. Tobiæ Mollerii, Collegæ Tertiæ hu-
jus nostri Gymnasii, publicis interesset lectionibus, annuit, & vo-
luit. Ex eo tempore, quæ discipulum probæ monetæ, ad altiora
gradum porrecturum, decent, quæque suarum esse intellexit
partium, executus est strenuè. Cùm n. Gregorii M. Patris quon-

(k) i. Mor. dam Ecclesiæ celebratissimi dictum (k) ipsi satis cognitum, qvòd
nulla sit scientia, si utilitatem pietatis non habeat; cùm Plinii
Secundi verba è consummatissimò ad Trajanum Panegyrico,
qvòd nihil ritè, nihilq; prudenter auspicentur homines sine Dei
immortalis ope, itaq; rerum agendarum initia à preicatione sint
capienda, verissima esse sciret; fundamentum pietatis, precumq;
suis studiis, laboribusq; substravit sollicitè. Verbum Dei au-
ro contrà charius habuit semper, statis temporibus templa
frequentando, ab ore ministrorum, è suggestu divina expli-
cantium oracula, vitæq; verè Christianæ cynosuram mon-
strantium, sedulò pendendo, & quantum in se, qvi homo ni-
hil humani à se putavit alienum, audita opere exprimere la-
borando, nec non ardentissimis in templis, in Auditoriis, in
Muséo, in Cubiculo fusis qvotidiè suspiriis se, suaq; Deo com-
mendando, qvanticultum supremi faceret Numinis, demon-
stravit liqvidissimè. Sed &, cùm notum haberet, ita labo-
randum, qvasi nil studiis Jebovæ adjiceret benedictio, præter-
eaq; nobilitatem Generis non otio, sed negotiis præclare su-
ceptis suam transcribere originem, postulareq; ad sui conser-
vationem laborem indefessum, non ignoraret, juxta illud A-

(1) lib. I. de scrai Poëta (1)

Opere, &
die,

Labor, vel opus non est probrum; sed otium cedit dedecori;
inde munia sua scholastica ferventissimo nunquam non tra-



Etavit ardore, decentissimam adhibens industriam. Nicias pictor tantum ad pingendum fertur attulisse diligentiam, ut saepius arti intentuni cibi, potionisq; caperet oblivio: Idem REICHBRODIUS noster, dum in bonarum literarum stadio ingentia confidere spatia, & Deo, atque die propitiis, brabecum afferre meditabatur, non Murciæ, aut Vacunæ se consecravit, non vitia, quibus pleraque se nunc pessimo ausu mancipat juventus literaria, sectatus est. Sed difficilius à suâ industriâ, quam sol à suo cursu, poterat revocari: Sicuti mecum Domini mei Collegæ super nominati, eum satis attentâ auscultatione ipsos dignatum fuisse, fatigebuntur haud gravatim. Nec n. tantum cum Senecâ (m) (Epistol. 8.) nullus per otium ei exivit dies; sed & quod ego sanctissime testor, nō runt que consalini, nonnunquam partem noctium studiis vindicavit. Quem plenis buccis depraedicandum ardorem cum nos, quibus publicè docendi munus in superioribus Gymnasii Classibus demandatum, videremus, volentes, & libentes isti brevem ac rectam, quæ ad scientiam ferret, viam monstravimus, nihil, quod ad eum erudiendum ullâ ex parte facere visum, reliqui facientes. Unde etiam divinâ benedictione succurrente studia ejus incrementa habuere excellentiora, & præter Capita religionis, Logica, Rhetorica, Oratoria, Poëtica, Ethica addo etiam Lingua Graeca, (quam matrē omnis ingenuæ literaturæ non alto, quod plures solent, sprevit supercilium) notitiam hau sit omnino egregiam. Quoties n. Vos, Domini Inspectores laudatissimi, cum religvis urbis nostræ eruditis, eum explorandarum suarum virium causâ, pro rostris publicè, pedestri, & eqvestri stylo dicentem audivistis? Pluribus adhuc vicibus me, commilitonibusq; præsentibus, id non sine applausu præstítit. Mores tamen bene suos formari passus est, ut graves, severi, compositi, & humanitatis tamen, ac facilitatis condimento temperati sint, iisq; amorem omnium, quibz innotuit, in se derivârit planè singularem: Sicuti omnes, summos, imos, cujuscunq; tandem sint ordinis, atque dignitatis, qui REICHBRODIUM nostrum hic nō runt, ei ex animo bene cupere, certò scio, & audacter hic assevero. Cū ergo fundamenta eruditionis solidæ in hoc nostro Gymnasio, subq; nostrâ manuductione, Deo duce, & comite industriâ, jacta essent solidè, supra cum honoris præfamine nomina-tus Dn. CHRISTIANUS BREHMIUS, eum ad Academiam, tanquam ad uberi-



überiorem bonarum literarum mercatum, ablegare, consilium iniit.
Ut a. nobilium Studiis rite innutritur, Serenissimum nostrum PATREM
PATRIÆ, de dandis ad Celsissimum Würtenbergi & Ducem, EBERHAR-
DUM &c. Collegii illustris, qvod Tubinga floret, Nutritum munificen-
tissimum, qvò isti REICHBRODIUS noster infereretur, literis ovata
suppliciis adiit humillimè, & obtinuit facillimè. Unde nostræ hactenus
curæ, & institutioni commissus in procinctu, Tubingam celebratissimam
se recipere stat. Cœterum, ut clausulam conversationi suæ hujus loci ad-
dat bonam, crastinâ Luce, si Deus dederit, hor. Antemerid. VIII. s. finitis sa-
cra, denuò concendet Cathedram, & postqvam de Nobilitate Gentis ver-
ba fecerit, Deo, Potentissimo Electori Saxoniae, Domino suo beneficentissi-
mo, aliisq; Benefactoribus, decentes decernet gratias. Cui finienti tres ha-
ctenus ejus ovatis, vota propemptica carminica succinent, & qvidem

Johannes Friedericus Lüderus, Regio-mont. Neo-March. Heroi-
cum Latinum.

David Ernestus Müllerus, Augusto-pyrg. Epico-Jambicum.

Michael Khun/ Biberstein. Jambicum Germanicum.

Vos, Ecclesia, & Curia nostra Proceres, & in universum omnes, qvo-
rum oculis hæc exponentur, in gratiam REICHBRODII nostri freqventes
confluituros, abeunteq; nobiscum voto devoto prosecuturos, nulli de-
speramus. Ut a. libentiū faciatis, preces, & officia nostra polliciti prom-
tissima, majorem contendimus in modum. De cœtero nulli etiam du-
bitamus, qvin ii, ad qvos imposterum hic REICHBRODIUS se conferet,
ubi pietatis studium, cum ardore discendi, morumq; castimoniâ con-
junctum viderint, ejus commodis sint velificaturi egregiē. Qvos, si qvid
possunt nostre preces, ut ne qvacunq; in re Juveni, ad summa concita-
to pergenti cursu, favere intermittent, rogamus qvām maximè B. V.
Dab. & Museo ōis ταχιστα Freib. Herm. postridie Idūs Aug. M. DC. LXV.

N.B.

Si Sangvis, Virtus, Stagium labor
improbus ullum
Nobilitant, hanc hunc
Nobilitare scias teste Cl. Cr. Dr. Beyro. f. R.

M. MICHAEL SCHIRMERLIS.
GYMNASII PATR. RECTOR.

GK.320.

*de Gente Schrenckendorff
v. Schrenckendorff D.*

ORAT

NOBILITAT

ET. GENTIS. ET. A

FLORENTIA

CHRIS

Gottlieb

A. Schrenckend

AD. ILLUSTR

QVOD. TUBING

CONC

FINITIS. SAC

HA

EIQV.

BENEFACITORIBUS

ADJ

PATRONI. PROMO

BENEVOLE

NE. GR

QVA. I

OBSE

OMNES. SIN

INVIT

GYMNASI

RE

EXCUDENT

